



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 11. Induciæ cum Gallis pactæ ab Anglis violatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1449.

cis arcebantur, ac nominatim expressum habebatur, ne tabelliones, aut Actores caussarum essent; id enim illis Alphonfi Regis lege interdictum contendebant, eaque Toletanis datum affirmabant, ne in sua urbe, vel patria cuiquam ex hac gente orto, aut munus publicum, aut dignitas conferretur. Decanus Toletanus, ne seditionum furori sese exponeret, urbe egressus est, eoquod eorum audaciæ liberius sese opposuisset. Cum vero securum attigisset locum, id edictum temeritatis æque ac impietatis integro libro accusavit, in quo demonstrabat, nobilissimas Castellæ familias, designatis singularum nominibus, ab eadem Judæorum stirpe descendisse, imo etiam sanguine junctas esse. Nec in eo substitit; quippe Nicolao Pontifici etiam auctor fuit, ut diplomate die vigesima octava Septembris edito omnia plebisciti Toletani capita reprobaret.

§. XI.

Induciæ cum Gallis pactæ ab Anglis violatæ.

Angli inducias cum Gallis sancitas, quæ usque ad mensem Junium hujus anni extendi debuissent, duobus mensibus ante evolutum terminum primi violarunt. Quidam enim Anglicarum partium

tium Dux, Franciscus Surienus nomine Sæcul. XV.
 rapto vivere assuetus Fulgerias Ducis A. C. 1449.
 Britanniae urbem, cum cives eo tempore
 ob induciarum securitatem nihil minus
 suspicarentur, repentina irruptione occu- *Fougeres.*
 pat, & populabundus optima quæque
 diripit. Ea de re Britanniae Dux missis
 ad Carolum Regem, qui tunc Cains age-
 bat, Legatis questus, & eundem ad infe-
 rendum Anglis bellum hortatus est. Rex
 ab Anglis prius injuriæ, damnique re-
 parationem esse petendam, & demum id
 negantibus, ad arma recurrendum arbi-
 trabatur; Unde ad Sommersetum Du-
 cem, qui eo tempore in Normannia Re-
 gis Angliæ Vicarium agebat, Legatos
 decrevit, qui res captas ab Anglorum Bel-
 liduce repeterent, atque injuriam sarciri
 postularent. Respondit Sommersetus, nec
 id jussu suo factum, nec se illius aucto-
 rem unquam proditurum. Cum vero
 Galli oppidum sibi reddi ac damna reparari
 urgerent, id potestatem suam excedere
 reposuit. Rex igitur, cum a Duce jus
 suum obtinere non posset, ad ipsum An-
 gliæ Regem Legatos destinavit.

§. XII.

*Colloquium Luparense Anglos
inter & Gallos.*

Hæc diffidia solidos sex menses tenuere.